

45 Licet autem Congregationum Cardinalium facultates per obitum Papae non expirent, tamen Sede vacante, Cardinalibus in conclavi manentibus, debent conquiescere, & dormire quoad negotia illa, & causas, quae in Congregatione expeditur per subscriptionem Cardinalis Praelecti, seu habentis sigillum. Et ratio est, quia in c. Ubi periculum 3. de elect. in 6. §. Ibidem quoque: praecipitur Cardinalibus existentibus in conclavi, ut accelerandae electioni Summi Pontificis sic vacent attentius, ut se nequaquam de alio negotio introritant, exceptis duobus tantum casibus, id est, urgentis necessitatis pro terra ecclesiae, vel aliqua ejus parte defendenda, & gravis periculi imminenti, ibi: Idem quoque Cardinales accelerandae provisioni sic vacent attentius, quod se nequaquam de alio negotio introritant, nisi &c. Vid. supra n. 33. quae exceptio in aliis firmat regulam in contrarium, ita ut imminente electione Summi Pontificis, Cardinales Electores non debeant se ab illa divertere, nam pluribus intentus &c. l. Nemo C. de Axirosor. cap. Diversis §. de Clericis conjugat. & notat in dict. cap. Ubi periculum, Joan. Andreas in verb. Alio negotio: Ancharan. n. 4. vers. Item notat in verb. Ibidem quoque. Congregationum Cardinalium autem negotia, quae in communi forma a solo Secretario expediti solent, possunt etiam expediti Sede vacante. Et ratio est, quia in his levibus, & ordinariis negotiis, quae a Cardinalibus non per se ipsos, sed per Secretarium expediti consueverunt, cessat omnino finis prohibitionis, d. cap. Ubi periculum: scilicet ne electionis negotium protrahatur, in quo grave imminet periculum ut ibi in principio, & in §. Idem quoque, adeoque etiam prohibito cessare debet, cap. Et si Christus 26. de Jurisjur. cum similibus, & consequenter cum facultates Congregationum non expirent per obitum Papae, ut dicitur in n. 43. utique poterunt in his levibus negotiis per Secretarium, ut antea, exerceri, ut sentit gloss. in D. Clement. Ne Romani §. Et tamen provisio, in verb. Expiratione: Et sic per Secretarium Congregationis Episcoporum & Regularium, possunt, Sede vacante, Cardinalibus in conclavi manentibus, expediti licentia pro puellis educandis, prout fuerunt expediti tempore Sedis vacantis per obitum Urbani VIII. ex ordine dato a Cardinalibus ante ingressum in conclavum, prout refert Fagn. loc. cit. n. 83. Et eadem ratione dari poterunt Transumpta & Duplicata: seu ut vocant, ita reperitur, & alia hujusmodi: ut sunt etiam causae ante obitum Papae jam resolutae in Congregatione, quae expediti poterunt a Secretario in illis casibus, sufficit ejus susceptio, Ita expresse Fagn. l. c. n. 83.

48 Cardinalis initio conclavis iurejurando servare promittunt constitutiones, quae habentur in Caereimoniali electionis Papae. Edite eae diversis temporibus fuerunt, nempe a Concilio Lateranensibus sub Nicolao II. anno 1059. sub Alexandro III. anno 1180. Lugdunensi sub Gregorio IX. anno 1272. Viennensi sub Clemente V. an. 1310. a Clemente VI. anno 1353. a Julio II. anno 1503. a Paulo IV. anno 1558. a Pio IV. anno 1572. a Gregorio XV. anno 1621. ab Urbano VIII. anno 1625. & a Clemente XII. anno 1732.

50 Ex hisce autem constitutionibus facile est colligere quomodo gerere se debeant Cardinales in conclavi. At ne nimis sim, vide Plat. de Cardinalis dignitat. & offic. cap. 31. cum additionibus Reverendissimi Tria. &c.

ARTICULUS VI.

Quoad Cardinalium sepulturam, & quartam parochialem.

SUMMARIUM.

- 1 Cardinales Romae decedentes, non electi sibi sepultura, ubi sepeliri debeant.
- 2 Si tales Cardinales nondum habuerint titulum, sepeliendi sunt in ecclesia S. Joannis Lateranensis.
- 3 Si Cardinales decedentes, non electi sepultura, habeant sepulcrum majorem, in eo sunt sepeliendi.
- 4 Cardinales autem decedentes extra Urbem, sive in parochia, sive alibi, sive in itinere, antequam ad Urbem pervenerint, non electi sibi sepultura, nec

- habentes sibi sepulcrum majorem, sepeliendi sunt in ecclesia majori loci obitus.
- 5 Nisi tamen alicui parochiae sint obligati ex receptione sacramentorum.
- 6 Cardinalis Regularis potest sibi eligere sepulturam ubilibet sine licentia Superioris Regularis, aliis decedens, non electi sepultura, sepelitur in propria ecclesia sui tituli, ad n. 7.
- 8 Nullis autem Cardinalibus permittitur unquam sepeliri in Basilica Vaticana.
- 9 Quarta autem parochialis, seu portio canonica debetur proprio paroco ex funere Cardinalium, qui sepeliuntur extra parochiam.
- 10 Addit. ex aliena manu.
- 11 Submittuntur supplementa Auctoris, ad n. 25.

CARDINALES Romae decedentes, non electi sibi sepultura, sepeliendi sunt in ecclesia sui tituli, si sepulcrum majorem non habeant, & non in parochia. Sic Rota in Romana juris tumulandi 20. Febr. 1702. coram D. Priolo, in sepultura cadaveris Cardinalis Pallavicini Episcopi Auximani anno 1700. in Urbe decessi sine electione sepulturae, & de mandato Eminentissimi Vicarii sepulti in ecclesia S. Martini in forma depositi, & facta obligatione de illo restituendo contra ecclesiam S. Andreae de Fractis parochialem; in qua obit, faveus dicte ecclesiae S. Martini Titularis. Amostaz. de causis p. lib. 6. de funer. c. 8. n. 62. Card. Alban. de Card. q. 50. vers. Vel dicamus. Passer. de statu hominum ar. 4. inspec. 4. c. 2. n. 320. & alii passim. Si vero tales Cardinales nondum habuerint titulum, sepeliendi sunt in ecclesia S. Joannis Lateranensis, cum ipsa sit cathedralis Urbis; Cohell. de notitia Card. c. 16. privi. 38. §. Verum, Petra tom. 1. comment. in const. 2. Honor. III. n. 32. Alban. Passer. Amostaz. loc. mox citatus; & Rota in dicta Romana coram D. Priolo n. 12. Si tamen Cardinales decedentes, non electi sepultura, habeant sepulcrum majorem, in eo sunt sepeliendi, in quo urgeat major affectio, sicuti haec ratione sepelitur quis potius in sepulcro majorem, quam in parochia. Sic expresse Card. Petra loc. cit. n. 32. Ultra quamquod Cardinales habentes sepulcrum majorem, censetur tacite elegerisse ipsum pro sua sepultura, arg. cap. Ebron. 2. & cop. Unaquaqueque 3. caus. 13. q. 2. Cardinales autem decedentes extra Urbem, sive in patria, sive alibi, sive in itinere, antequam ad Urbem pervenerint, non electi sibi sepultura, nec habentes ibi sepulcrum majorem, sepeliendi sunt in ecclesia majori loci obitus, quia ratione dignitatis illa ecclesia censetur parochialis defuncti Murga de sepul. tr. 8. disquisit. 2. sectio. 2. dub. 7. conclus. 4. Petra loc. cit. n. 34. & Rota in dicta Romana coram D. Priolo num. 16. Nisi tamen alicui parochiae sint obligati ex receptione sacramentorum; Card. Petra loc. cit. n. 34. & videtur sentire Rota in d. Romana n. 15. Cardinalis Regularis, sicuti quilibet alius Cardinalis, potest sibi eligere sepulturam ubilibet, sine licentia Superioris Regularis: aliis decedens, non electi sepultura, sepelitur in propria ecclesia sui tituli. Non enim in dicto casu supponitur, Cardinale Regularem libere voluisse sepeliri in ecclesia Regularium, quia magis stringit vinculum proprii Tituli Cardinalitatis, quam vinculum generale religionis. Tum quia dum Regularis assumitur ad Cardinalatum, eximitur ab obedientia religionis, & sic sicuti remanet solutus a lege vetanae electionem sepulturae, ita praesumptio oritur, ut electio debeat esse in eo loco, in quo uti Cardinalis, & non uti Regularis sepeliri debuerat, etiamsi sacramenta alibi recipiat, ut prosequitur cit. decis. apud Piton. discept. eccler. tom. 2. post disceptat. 51. Petra loc. cit. num. 33. Nullis autem Cardinalibus permittitur unquam sepeliri in Basilica Vaticana; Cohell. in notit. Cardin. privi. tit. 90. Passerin. loc. cit. num. 319. Petra loc. cit. num. 28. Quarta autem parochialis, seu portio canonica debetur proprio Paroco ex funere Cardinalium, qui sepeliuntur extra parochiam; Antonell. de regimin. eccl. lib. 1. cap. 11. n. 30. Piton. in addit. ad dict. discept. 15. in fine, Petra loc. cit. num. 55. Et sic sentire videtur Rota in dict. Romana coram D. Priolo pro sepultura cadaveris Cardinalis Pal-

lavicini n. 3. ibi: "Quarta, quae in quocumque casu parochiae debetur, cum ista sit in praemium laborum & propter administrationem sacramentorum, ac contrahatur in ipsa Nativitate, nempe ex susceptione Baptismatis."

10 Forma & solemnitas in exequiis S. R. E. Cardinalium servanda praescribitur a Benedic. XIV. tom. 1. Bullar. const. 37. incip. Praeceptum: in qua §. 2. praesertim mandat haberi sepellam pontificiam ad missam.

11 Quod ait Auctor, Cardinales, qui nec sepulturam elegerunt, nec sepulcrum habent majorem, sepeliri debere in ecclesiis suorum titulorum, ut procedit etiamsi Cardinales inibi non resideant, quia residentia rigorosa non requiritur (ut ait Card. Petr. in comment. ad const. apostolic. const. 2. Honorii III. sect. unica. n. 32.) sed sufficit ut sit in Urbe: dum non omnes ecclesiae Cardinalium Titularium habent congruas habitationes, & vere nititur haec resolutio non solum consuetudini, sed etiam rationi, quia si Canonici sepeliri debent in cathedrali; & Latini in sepulcro majorem; ob praesumptionem eorum voluntatem etiam non facta electione, eo magis praesumpta voluntas est in Cardinali ratione sua ecclesiae titularis.

12 Cardinales in suis titulis possunt conferre Tonsuram, & minores Ordines personis addictis ejusdem ecclesiae servitio, Benedic. XIV. constit. incip. Ad audientiam §. 16.

13 Cardinales Episcopi suburbicarii, suffraganeum non habentes, suos subditos promovendo ad Vicarium Urbis ablegare debent. Idem ibid. §. 11. & 12. Si vero suffraganeum habeant, Alexander VII. constituit. incip. Apostolica sollicitudo: de decretis convenire, quibusdam Indictis ponis in eos, qui contrafecissent, neminem ex iis diocesis posse per hujusmodi suffraganeos ad majorem quemcumque ordinem promovere, nisi petatis antea in Urbe, in religiosa domo ad id designata, exercitiis spiritualibus per decem dies ad unumquemque ex iisdem majoribus ordinibus. Idem ibid. §. 11. 12. & 13. Possunt tamen per se, vel per alium Episcopum ordinare suos subditos, dum ipsi in diocesi commorentur: Idem ibid. §. 12. Vide ad id jam tradita verb. Ordo num. 77.

17 Cardinales Episcopi suburbicarii possunt Tonsuram conferre suis subditis in capella palatii Urbis irrequisito Urbis Vicario. Idem ibid. §. 21. Nequeunt tamen in sacello palatii Urbani, Tonsuram insimul, & Minores Ordines conferre suis subditis irrequisito Urbis Vicario. Idem ibid. §. 1. 7. 14. & 1099.

18 Cardinales Episcopi suburbicarii, dum Romae commorantur, manent extra diocesis suae fines. Idem ibid. §. 8. Excusantur autem a materiali residentia, vel quia Pontifex id sciens, & patiens; ipsosque praeterea videns, non obstantibus numeribus, quibus pro Apostolicae Sedis utilitate occupantur, suburbicariae diocesis regimen recte gerere possunt, tunc cum eis dispensat, vel quia ad eadem rerum circumstantias declarat, praecipuum divinum residentiae non comprehendere casum illorum, qui cens maneribus in Urbe additi, si non materialem residentiam in diocesi praesentes adimplent, formalem certe satisfaciunt, non solum adhibita in id Ministrorum opera, sed propria etiam adjecta praesentia, dum ad ipsam diocesium visitandam percommode se conferunt, ibidem §. 15.

20 Cardinalium Episcoporum suburbicariorum capella sita in palatio Urbis, non debet censi filio juris, ut aliqui praetendunt, adhaerens Episcopatu suburbicario. Idem ibid. §. 15.

21 Cardinalis Vicarius est Ordinarius Urbis, ibid. §. 18. Quoad Cardinalis Urbis Vicarii auctoritatem in exteris Romae degentes, & ad Ordines promovendos; Clemens VIII. decretum edidit, quo statuit, omnes exterius in Urbe degentes, qui ad Sacros Ordines, sive minores, sive majores, promoveri cupiunt, etiamsi dimissoriae litterae a suis Ordinariis obtinuerint, quarum vigore, a quocumque Episcopo ordinari possent; nihilominus neque his uti, neque Sacros Ordines extra Urbem suscipere posse, nisi antea examinati, ac approbati fuerint ab Examinatoribus Cardinalis Urbis Vicarii, hujusque licentiam obtinuerint; idque sub poena suspensionis quam

porro sequitur irregularitas, si ordinatus contra formam decreti in susceptis Ordinibus ministrare praesumpserit. Clementis decretum editum fuit de 14. Novembris anno 1603. deindeque instauratum ab Alexandro VII. sub die 15. Maji 1654. Quum vero postmodum nonnullae oborta fuerint quaestiones super decreti interpretatione, ac praecipue quoniam censi deberent Clerici exteri in Urbe commorantes sub ipsius decreti censura comprehensi; & utrum eidem decreto obnoxii dicendi essent illi, qui postquam in Urbe per aliquod temporis spatium morati fuerint, non examinati a Cardinalis Vicarii Examinatoribus, abscedunt, ut Sacros Ordines suscipiant a proprio Ordinario, quem scilicet proprium agnoscunt, sive ratione originis, sive domicilii, aut beneficii, aut denique triennalis servitii: Haec omnia opportunis decretis definita fuerunt in Congregatione particulari habita ann. 1668. cujus resolutiones videri possunt relatae per accuratissimum Rigaltium tom. 2. ad Regulas Cancellariae Regula 24. §. 3. d. n. 177. ad 185. Idem ibid. ad litteram §. 10. Allegata autem resolutiones apud Rigaltium loc. cit. sunt sequentes.

I. Qui dicantur Clerici in Urbe commorantes, ad hoc ut praefato edicto comprehendantur?

Resp. Qui habitant in Urbe, & in ea saltem per quatuor menses morari traxerint.

II. An Clerici in Urbe commorantes accedentes ad proprium Ordinarium, & ab eo suscipientes Ordines absque eo quod examinati fuerint in Urbe, afficiantur edicto supradicto?

Resp. Non afficiuntur edicto, si ab ipsomet Ordinario suscipiant Ordines; sed si ab alio ordinentur, etiam vigore dimissorialium proprii Ordinarii.

III. Clerici in Urbe commorantes, & ab Examinatoribus Eminentissimi Cardinalis Vicarii repositi, recipientes Ordines a proprio Ordinario, an incidant in praenas edicti?

Resp. Clerici ab Examinatoribus Eminentissimi Cardinalis Vicarii repositi in praenas edicti, etiamsi a proprio Ordinario approbati ab eodem susceperint Ordines.

IV. An Clerici in Urbe commorantes ordinari possint etiam ab Episcopis domicilii, & ab eo, cui triennale servitium personaliter praestiterunt ad formam Sac. Concil. Trid. sess. 23. cap. 9. de Reformat. absque eo quod prius examinati, approbati fuerint ab Examinatoribus, juxta supradictum edictum.

Resp. Clerici in Urbe commorantes bene recipiunt Ordines ab Episcopo domicilii, beneficii, vel triennalis servitii praestiti, dummodo ab ipsomet Episcopo ordinentur ad formam S. Concil. Trident. Et haec resolutioni addi modo posset, necnon ad formam constitutionis S. M. Innocentii XII. incip. Speculatorum: Vide ad id tradita verb. Ordo art. 3. num. 76. &c.

CARNO.

CARNIUM ESUS. Vid. verb. Abstinencia, num. 1. & 8. verb. Jejunium art. 1. num. 8. 27. & seq. ad verb. Lex. art. 23. d. n. 31. ad 35.

\* Carnibus vesci in monasteriis Carthusiensibus est omnibus interdictum. Superioribus enim & Monachis ejusdem Ordinis sub poena excommunicationis latae sententiae Romano Pontifici reservata interdictum, ne cumcumque personae etiam Cardinali, in monasteriis dicti Ordinis carnibus vesci permittant; Clemens XI. constit. 50. incip. Ex injuncto Nobis.

Carnium esus, si cui concedatur tempore jejunii, a servare debet leges praescriptas de unica comestione, de non permiscendis epulis, de hora refectationis, & aliis declaratis a Bened. XIV. tom. 1. constit. incip. Si Fratemitas §. 1. Carnes comedi nequeunt in vespertina refectantacula tempore jejunii. Idem ibid. Vide verb. Jejunium art. 1. num. 35. ubi afferuntur omnia.

Carnium esus die Sabbati prohibetur Latinis in Graecorum famulatu degentibus; idem constit. 57. incip. Etsi §. 9. num. 9. Carnium esus diebus Sabbati per annum

permittitur in Regnis Castellæ, Legionis; & Indiarum, idem constit. 118. incipient. Jam pridem.

6. Carnis peivum, ita dictum tempus ante quadragesimam, quo scilicet Ecclesiastici, & Religiosi à carnisbus abstinere incipiunt; idem tom. 2. constit. 45. incip. Inter cetera.

7. Abusum comedendi carnes Dominica prima quadragesimæ, spectacula ludosque publicos diebus festis fieri solitos; ab ecclesia Mediolanensi, extirpavit S. Carolus Borromeus saluberrimis suis constitutionibus, quas impugnantibus, eorumque Actorem Carolum veluti Novatorem palam & publice tradentes, ad Gregorium XIII. tunc Summum Pontificem Legati Romam perreuerunt à Mediolanensi magistratu, instigante civitatis Governatore; missi, ut in eadem decreta apud Pontificem intercederent, qui Pontifex commissa causa nonnullorum Cardinalium Congregationi, auditisque variis Theologis, & Canonistis, & spreis aliquorum Theologorum contrariis suffragiis, Caroli Archiepiscopi edicta suis apostolicis literis confirmavit, & Mediolanenses Legati, qui à Romanis per jocum appellabantur Oratores Bacchanalium, eo quod præcipue illic accessissent, ut Bacchanalium jura tenerent & ampliarent, inanes in patriam remeaverunt: Sic expresse Benedictus XIV. de Synodo Diocesana 127. cap. 54. à n. 3. ad 9. ex pluribus ibi adductis.

CASITAS. Vide verb. Votum. art. 2. à num. 175. usque in finem.

CASUS FORTUITUS. Vide verb. Commodatum num. 16.

CASUS RESERVATI. Vide verb. Reservatio casuum.

CATECHUMENI. Vide verb. Sepultura num. 172. & verb. Vestis num. 18. ac verb. Hæreticus num. 11.

CATHEDRATICUM.

SUMMARIUM.

- 1. Cathedratium quando introductum, & quid sit.
- 2. Quare dicatur Cathedratium.
- 3. Quandoque appellatur etiam Synodaticum, & quare.
- 4. Quid nomine solidi intelligatur: quid hi comprehendant: quomodo reducendi: mos semper attendendus: quid debet observari, si non adit, ad n. 9.
- 10. An sit de iuribus Episcopalis Cathedratium: præscribi utrum possit: quis idem solvet, ad n. 19.
- 20. A Regularibus an sit solvendum, & quando: Fratres S. Joannis Hierosolymitani ad quid teneantur: & dispositum in Concilio Romano referunt, ad numer. 24.
- 25. Supplementum Auctoris, ad n. 28.
- 29. Nov. addit. ex aliena manu, ad n. 41.

CATHEDRATICUM, quod fuit introductum ex Conc. Bracharensi II. ut refertur in cap. Placuit 1. caus. 10. q. 73. est annua exactio duorum solidorum, quos à qualibet ecclesia suæ diocesis, præterquam à monasteriis, potest Episcopus annuatim exigere; cap. Illud te 4. cap. Inter cetera 8. & cap. Illud magnitudinem 10. caus. 10. q. 3. & cap. Conquerente 16. de offic. Ordinarii. Dicitur autem Cathedratium, quia datur propter honorem cathedre Episcopalis; & in signum subjectionis ad ipsam ecclesiam cathedralem, cui præest Episcopus; cap. Placuit 1. caus. 10. q. 3. Quandoque etiam appellatur Synodaticum, quia solvitur in synodo; cap. Olim 20. de cens. Gloss. in dict. cap. Conquerente vers. Duos solidos, de offic. Ordinarii. Nominem solidi intelligitur aureus, ut notat Gloss. 1. in cap. Placuit 1. caus. 10. q. 3. nam & lex civilis pro solidi aureum intelligit, & antiquitus septuaginta duo solidi unam libram auri constituebant, ut leg. Quotiuscumque, & ibi Gloss. & Bart. cap. De Susceptoribus, & Ancharan. lib. 10. Unde ad illam estimationem solvendi essent, nisi obstatet consuetudo; Fagnan. in cap. Conquerente. 16. de offic. Ordinarii. num. 47. Hodie vero nonaginta sex aurei constituunt unam libram, ut per

Abbat. in dict. cap. Conquerente num. 6. & Fagn. ibid. num. 47. Duo autem solidi pro Cathedratio solvendi sunt juxta estimationem illius monete, quæ antiquitus, & ab initio solvi consuevit, nisi circa solutionem minoris, vel majoris monete, quæ modo est in usu, sit præscriptum; ut in dict. cap. Cum olim 20. de censibus; & cum Gloss. sentium in 4. cap. Conquerente 16. de offic. Ordinarii. Ostiens. num. 12. in fin. Joan. Andree num. 39. Burr. num. 43. Abbas num. 6. Fagn. num. 46. Quantitas vero usualis duorum solidorum, pro Cathedratio solvendum juxta cap. Conquerente 16. de offic. Ordinarii. reduciatur ad estimationem duorum ducatorum in Regno Neapolitano, ut declaravit Cardinalis Ursinus (qui fuit exposit Pontifex sub nomine Benedicti XIII.) in sua Synodo Beneventana anno 1687. cap. 15. de Cathedratio; & in Edicto 6. ibid. registrato pag. 19. Alibi autem duorum scutorum moneta usualis loci, ut in eodem edicto §. 10. auctoritate probatur. Verum hæc reductio, seu estimatio erit sequenda, quando non constet in præteritum in minori summa non fuisse solum; nam si constaret fuisse ab antecessore exactam in minori quantitate, tunc in hac minori summa esset solvendum, ut Sac. Congr. Conc. declaravit in Analphitana 5. Septembris 1705. in qua ad rationem Carolinorum septem Cathedratium solvendum esse censuit juxta solitum. Quantitas enim cathedratii debet semper taxari juxta morem regionis rationalibet; Barbosa. juris ecclesiastici, lib. 3. cap. 20. num. 11. Tondut. quest. Benefic. tom. 3. part. 2. cap. 22. §. 1. num. 6. Monacell. part. 2. tit. 14. formul. 1. n. 8. & expresse Sac. Congr. Conc. in Saltrianen. 13. Februarii 1695. Et si mos non adit, à viciniis cathedra, vel provincia erit desumenda; & juxta valorem, & estimationem solidi antiqui, ut supradictum est n. 5. & declaravit Sac. Congr. Conc. in Albinganensi 3. Dec. 1644. in respons. ad secundum. Monacell. loc. cit.

Cathedratium est de iuribus Episcopalibus, & adeo privilegiatum, ut in totum præscribi non possit. Archiepiscopus, & Joan. Andreas in cap. 1. de præbend. in 6. Abbas. in cap. Cum venerabilis num. 5. de censibus, & cons. 99. vers. Videtur primo, in fine lib. 1. & cons. 71. n. 4. vers. Sed quamquam lib. 4. Piasec. in praxi part. 2. art. 2. de status. ad Episcopum faciend. num. 13. Fagnan. in dict. cap. Conquerente num. 49. de offic. Ordinarii. Et licet videretur, quod per immemorabilem consuetudinem posset præscribi juxta declarationem olim emanatam Congr. Concil. 3. Decembris 1644. in una Albinganensi, ubi Episcopus cum Clero ejusdem civitatis supplicavit pro declaratione infrascriptorum dubiorum.

Primo. An modernus Episcopus, qui nunquam adhuc exegit cathedratium, possit pro præterito tempore, & in futurum exigere?

Secundo. In qua quantitate, & qualitate monete possit illud exigere?

Tertio. An à toto Clero, an vero à beneficiatis tantum possit facienda exactio?

Sac. Congr. &c. Ad dubia suprascripta respondit ut sequitur, videlicet.

Ad primum. Si cathedratium Episcopis Antecessoribus aliquando fuerit solutum, posse per modernum Episcopum exigi.

Ad secundum. Exigi tantum posse duos solidos juxta juris communis dispositionem, & in moneta antiqua, juxta illius estimationem, non concurrente contraria consuetudine.

Ad tertium. Exactionem non esse faciendam à toto Clero, sed tantum ab ecclesiis, capellis, & beneficiatis, si ad eorum favorem non concurrat privilegium exemptionis, vel immemorabilis.

Nihilominus cum Episcopus Lavellensis in synodo cathedratium in præteritum non solvisset ab ecclesiis sibi subjectis, nec non à Clero in futurum solvi debere statuisset, & capitulum, & Clericus reclamando, hanc resolutionem opponerent, & nunquam ab immemorabili solvisse assererent; eadem Congregatio, ad quam causa erat devoluta sub die 18. Aprilis 1695. rescripto

Examinetur formiter Alligantensis 3. Decembris 1644. ad tertium dubium. Unde reposita deinde causa in plena Congr. sub dubio: An cathedratium Episcopo debeatur? respondit: Deberi ad formam iuris ab ecclesiis & beneficiatis tantum. Et quod cathedratium solvi debeat Episcopo, non obstante contraria consuetudine etiam immemorabili, iterum declaravit Sac. Congr. Concil. in eadem Analphitana 26. Februarii 1707.

Cathedratium non est sublatum à Concilio Tridentino, non tamen solvi debet in visitatione, sed extra, & in synodi celebratione; sic decrevisse Sac. Congr. Concil. refert Fagnan. in cap. Venerabilis 24. de censibus n. 16. ubi dicit, quod Episcopo Tarentino quærenti, an Concilium cap. 3. sess. 24. vers. Interimque: censetur sustulisse cathedratium, quod singulis annis tam in visitatione, quam extra, exigi consuevit ab Ordinario Sac. Congr. respondit Concil. nequamquam sustulisse cathedratium; sed illud non solvendum in visitatione, sed extra, & in Synodi celebratione; & late probat usque Fagnan. in cap. Cum olim 16. de officio ord. à num. 48. usque ad 60. Ad cathedratium solvendum tenentur de jure omnes ecclesie seculares. Barbosa. de offic. & potest. Episcop. allegat. 86. à num. 40. Vallens. lib. 4. tit. 39. de censibus num. 2. Engel. ibid. num. 6. Pirthing. ibidem num. 40. cum communi, & cetera aliorum, arg. cap. Conquerente 16. de offic. ordinarii, & ibi Gloss. vers. Duos solidos, cap. Pastoralis 7. de donation. cap. Placuit; cap. Illud te 4. cap. Inter cetera 8. & cap. Illud magnitudinem 10. caus. 10. quest. 3. & ratio est, quia, ut diximus supra num. 2. Cathedratium datur in signum subjectionis, à qua nulla ecclesia immunis esse debet, nec Accephala sit. Nulla ratione 7. dist. 93. quapropter, etsi aliqua ecclesia plena libertate gaudeat, tamen ad cathedratium obligatur, ut notat Gloss. in cap. Pastoralis 7. de donationibus, & ibi Innocentius, & Abbas, qui etiam docent, nec posse Episcopum aliquam ecclesiam liberatam à cathedratio. Hoc autem intelligendum est de ecclesiis, & clericis intulatis & beneficiatis, à quibus solummodo potest exigi cathedratium. Non autem potest exigi à clericis, seu presbyteris non beneficiatis, etiam in præteritum solvissent, ut respondit Sac. Congr. Episcop. contra Archiepiscopum Compranum 15. Jan. 1694. qui vigore soliti exigere prætendebat à simplicibus Sacerdotibus, annuatim jure cathedratii Julios quatuor. Solvi tamen debet à seminario, pro beneficiis unitis, ut declaravit Sac. Congr. Conc. 21. Maji 1544.

In Cathacen. lib. 17. decret. pag. 499. non nisi à regularibus vero non tenentur solvere cathedratium pro monasteriis, & eorum ecclesiis regularibus, ubi ipsi resident, & divina peragunt, & quæ monasteriis ipsorum contigue, seu immediate penes ipsa existunt, textu expresso in cap. Inter cetera 8. caus. 10. q. 3. ibi: Monasteriorum tamen basilicis ab hac solutionis pensione exemptis; Et sic tenet Engel. lib. 3. decret. tit. 46. n. 6. Barbosa. lib. 3. juris eccles. univers. cap. 20. n. 11. cum communi aliorum; & ratio est, quia à lege diocesana, vi cuius competit Episcopo potestas exigendi jura episcopalia, sunt exempta; Barbosa. loc. cit. Fagnan. loc. cit. n. 44. & communis aliorum; arg. cap. Cum pro utilitate 34. caus. 16. q. 1. & cap. Quam sit 5. caus. 18. q. 2. & cap. 1. de statu monachor. Pro ecclesiis tamen, beneficiis, capellis, & parochiis secularibus, quibus regulares præsent, cathedratium solvere Episcopo tenentur, etiam si monasteriis, seu eorum ecclesiis pleno jure sint incorporatæ; Fagnan. in dict. cap. Conquerente 16. de offic. ordinarii. n. 10. & n. 43. Abbas ibid. n. 1. Ancharanus ibid. n. 5. & Gloss. communiter recepta in cap. Inter cetera 8. caus. 10. q. 3. ubi docet, quamvis à cathedratio exempta sint monasteria, & basilicæ regularium, non tamen eorumdem capella eximæ, id est, ecclesias, beneficia, & parochias seculares eis incorporate. Et ratio differentie est, quia ecclesie, & monasteria regularium exempta sunt à lege diocesana, ut in dict. cap. Inter cetera 8. caus. 10. q. 3. in cap. Cum pro utilitate 34. caus. 16. q. 1. cap. Quam sit 5. caus. 28. q. 2. Nonsic autem ecclesie, beneficia, & parochie seculares, monasteriis, & ecclesiis regularium incorporate, & unite, quia istæ

nullibi reperiuntur exemptæ à lege diocesana, sed potius eidem positive subjectæ, cap. De Monachis 12. de præbend. cap. Ex par 3. & cap. Ad audiendam 4. de capellis monachor. cum similibus, & notat Gloss. in dict. cap. Inter cetera in verb. Solutiones; Hostiens. in dict. cap. Conquerente n. 12. & Fagnan. ibid. n. 43. Sacra tamen Congr. Concil. decrevit, ad cathedratii, & synodatici solutionem non teneri, neque compelli posse Fratres S. Joannis Hierosolymitani, sive eorum Vicarios in parochialibus Religioni prædictæ unitis. Sic ipsa Sacra Congr. Concil. in Augustana 4. Decembris 1620. & referent Sellius in select. Canon. cap. 10. n. 20. Barb. sum. apostolicar. decis. collect. 137. n. 4.

Ad complementum juvat hic adducere id, quod de cathedratio fuit novissime in Concilio Romano celebrato anno 1725. à Benedicto XIII. sancitum. In cap. 4. igitur tit. 8. ejusdem Concilii, sic expresse habetur.

Cathedratium Episcopi solvendum declaratur.

Ipo communi jure (cap. Placuit 1. cap. Illud 4. cap. 24. Illud magnitudinem tuam 10. caus. 10. quest. 3. & cap. Conquerente 16. de offic. ordinarii) est cautum, ut Episcopi cathedratium à clericis debeatur, quod est duorum solidorum, viginti scilicet Juliorum, census cathedralis ecclesie solvendum in signum honoris, & subjectionis cathedre pontificali. Jus sane inter cetera episcopalia ita privilegium, ut neque ab Episcopis in totum remitti, nec à quocumque valeat quocumque modo, vel immemorabili consuetudine præscribi. Quod si forte aliquid sub alio, vel fixorum munerum, vel xeniorum nomine offeratur, decernimus, ut ab Episcopis, inquam qui non præmium, sed honorem postulatur, munera, & xenia recusentur hujusmodi; & cathedratium dumtaxat, summam non excedens prædictam, ab ecclesiis (non tamen regularium) & à beneficiatis sibi subjectis (tali etiam volumus moderatione exigatur, videlicet.

- I. Quibus sunt redditus infra scuta decem (idem de ducatis moneta Neapolitana intelligatur) duo Julii.
- II. Quibus scuta infra quinquaginta: Julii quinquæ.
- III. Quibus infra centum: Julii decem.
- IV. Quibus ultra centum, vel quacumque in alia majori summa: Julii quindecim.
- V. Ab ecclesiis vero, ubi plures de massa participant, ab omnibus in communi, Julii viginti; & salvis tamen consuetudinibus, ecclesiis, & Episcopis magis favorabilibus.

Addenda sunt ad rem sequentia decreta relata in thesauro resolution. tit. 6. in Firma cathedratii, ibi: In Congregatione particulari super cathedratii, prædem à Sanctissimo D. N. deputata quatuor ad instantiam Promotoris Fiscalis curiæ archiepiscopalis Firmæ die 29. Aprilis 1731. contra Collegiatam Murri Vallis propositis dubiis, nimirum. I. An beneficia, quæ sunt ad collationem Capituli Firmæ præter solutionem census; quam ei facere solent, teneantur etiam solvere cathedratium Reverendissimo Archiepiscopo? II. An capella, & confraternitates laicales teneantur solvere cathedratium? III. An cathedratium jam in certa summa taxatum, & solvi consuetum poterit auferri? IV. An augmentum hæcenus exactum veniat restituendum? Responsum fuit. Ad I. Affirmative. Ad II. Capellanas, & confraternitates laicales non teneri. Ad III. Negative. Ad IV. Affirmative. Totidemque pariter contra Collegiatam S. Elpidii, scilicet; I. An Capitularum, & Beneficiorum S. Elpidii, quatenus habeant præbendas distinctas à massa communi, teneantur solvere Cathedratium pro qualibet eorum præbenda ultra Cathedratium in communi? II. An antiqua, seu potius nova taxa Cathedratii etiam quoad beneficia extra regnum dictæ collegiatae; & loca pia dictæ terre sit exequenda? III. An beneficia, & loca pia de præterito non taxata pro Cathedratio teneantur imposterum illud solvere, & ad cuius taxæ rationem? IV. An consuetudine de atemptatis? prodit rescriptum. Ad I. Negative. Ad II. Antiquam taxam esse servandam. Ad III. Ad mentem, quæ fuit, ut servetur dispositio Concilii Ro-

mani. Ad VI. Negative: de inde reproposita causa, die 5.  
 Orobis ejusdem anni, Responsum fuit. In decis' in  
 nomibus, & amplius.

27. In dicta Firmana Cathedrali ad tria sequentia  
 nudi. I. An beneficia, quorum redditus non excedunt  
 annua scuta 15, deductis oneribus, teneanturolvere  
 Cathedralium, in qua summa, in casu &c. ? II. An  
 confraternitates erecte auctoritate ordinaria, & ha-  
 bentes propriam ecclesiam teneanturolvere Cathedra-  
 tium, in casu &c. ? III. An ad solutionem Cathedra-  
 tium teneantur etiam confraternitates non habentes pro-  
 priam ecclesiam, sed simplicem tantum capellam in  
 honorem Sanctorum, sub quorum titulo sunt erecte in  
 casu &c. ? Responsum fuit: Ad primum & secundum  
 Affirmative. Ad tertium Negative, & amplius.

28. In Viterbiana Cathedrali, propositis diebus se-  
 quentibus dubiis; I. An sustinenda sit provisio praben-  
 diae Penitentiarie facta ab Ordinario? & quatenus Ne-  
 gative. II. An dicta prabenda Penitentiarie sit confe-  
 rrenda Sigismundo Malatesta in casu &c. ? Sac. Con-  
 greg. Concil. 7. April. 1742. Respondit. Ad I. Nega-  
 tive ad primam partem, & Affirmative ad secundam.  
 Ad II. Satis provium in primo. Sic apud Thesaurum  
 nom. 10. in dicta Viterbiana Cathedrali. Alia vide  
 nom. 10. in Appendice decret. in Guardian. & Ascula-  
 nna Cathedrali. Cassanen. Cathedrali. Perurina Ca-  
 thedrali. Alia Casanen. Cathedrali. Bissacciarum  
 n. S. Severini Cathedrali. Amalphitana Cathedrali &  
 Procuratibus. Tolentina Cathedrali.

29. Primum ecclesie seculis Cathedrali prestatio  
 consuetudini potius, quam legi innitebatur. Synodus  
 Bracharensis prima omnium jussit, ut Cathedralium  
 Episcopo praeferretur, cap. Placuit ro. q. 3. Hac ipsa  
 praestatio praescripta deinde fuit in tota ecclesia ab Ho-  
 norio III. in cap. Conquerente, de off. Ordinarii.

30. Ex decreto vero Synodi Bracharensis Capitula dum-  
 taxat, & ecclesie parochiales Cathedraliumolvere te-  
 nebantur: Hoc autem restricta Cathedrali solutio (in-  
 quit Rot. cor. Tanario dec. 228. n. 6. & 7.) non alia ratio-  
 ne processit, nisi quia eo tunc ab Episcopis constitui  
 permittentur ecclesie dumtaxat parochiales, in quibus  
 31. Sacramenta Christifidelibus ministrarentur. Quam autem  
 post datam ecclesie pacem plures in dies temporisque pro-  
 gressu ab hominum pietate edificata, atque dotata fuerint  
 32. ecclesie, & respectivo fundata beneficia, hinc per viam legis  
 universali statutum fuit. ab Honorio III. in cap. Conque-  
 rente, de off. Ordinarii. ut Cathedralium esset omnino solven-  
 dum tam a capitulis, & parochialibus ecclesiis, quam ab om-  
 nibus aliis quibuscumque capellis & beneficiis ecclesiasticis.

33. Praestatio autem Cathedrali statuta a jure est in du-  
 bus solidis, nulla habita ratione majoris vel minoris opu-  
 lentiae ecclesie. An autem consuetudo vim habere possit  
 quoad quantitatem Cathedrali sive augendam, sive mi-  
 nuendam, vide apud Rot. cor. Tan. dict. dec. 228. n. 43.  
 34. Tempus vero non est praestitutum praestationi Cathedra-  
 tium. Licet enim ut plurimum praestari soleat in Syno-  
 do, tamen consuetudine vel conventionne partium potest  
 alio tempore praestari. Et quod summopere notandum est,  
 debet praestari in illis etiam annis, in quibus non cele-  
 bratur Synodus; Sac. Congr. Concil. interpret. in Curia-  
 nen. Cathedrali 21. Maji 1735. ad 1. & 2. dub. Crur-  
 sus in Perurina Cathedrali 19. Novembris ejusdem an-  
 ni 1735. ad sec. dub. Consuetudinem etiam immemorabi-  
 lem eximere hab posse a praestatione Cathedrali firmari  
 Rot. cor. Tanario. d. dec. 228. n. 46. & 7.

CAUPO. CAUPONA. Vide verb. Taberna, Taber-  
 nari per rot. & verb. Clericus art. 5. ad num. 10. ad 14.

(a) Ex nuperrima constitutione san. Clement. XIII.  
 contrarium servari debet: Nam cause rotales Sac. Au-  
 ditorio Rotae; Praelatici vero Praelatis committuntur.

(b) Quibus committendae sint cause ecclesiasticae,  
 tum (i) exacti.

(i) Vid. verb. Appellatio in fin.

CAUSE.

Cause omnes in prima instantia ab Ordinariis sunt  
 cognoscendae; Benedic. XIV. tom. 1. constit. 48. incip. Ad  
 Militiam §. 42. Excepit privilegiatis, quae ad Sedem  
 Apostolicam pertinent; idem ibid. 47. In causis autem ul-  
 tra montes, etiam privilegiatis, monitoria expediri pro-  
 hibetur in curia absque speciali Judicis rescripto; idem  
 ibid. §. 47.

Causarum commissiones ad partes judicibus Synoda-  
 libus dumtaxat sunt dirigendae; idem ibid. §. 6. Cause  
 de partibus non attingentes valorem centum scutorum,  
 & non privilegiatae, retineri nequeunt in curia; sed  
 subdelegandae est. Judex cum solita clausula: Ad effe-  
 ctum cognoscendi de gravamine pro admissione vel denega-  
 tione recursum, &c. Idem constit. 115. incip. Romana curia  
 §. 12. Cause jam contestatae, & introductae in parti-  
 bus, si ob privilegium variandi forum deferantur ad  
 A. C. reassumi debent in statu, & terminis, relictis sum-  
 ptibus, & transportatis actis expensis illius, qui variare  
 voluerit; idem ibid. §. 6. Cause infra valorem scot. 25.  
 & mercedis judicari possunt à Cardinali Vicario Urbis,  
 & Gubernatore contra quoscumque, etiam adis obligatio  
 Cameralis; idem ibid. §. 24.

Cause quaecumque per commissionem manu Pontificis  
 signatam, cullibet Judicis, tribunalis; aut Congregatio-  
 ni committi possunt; idem tom. 2. constit. 41. incip. Justitia,  
 & pacis: Cause Rotaes à Praelatis distinguuntur,  
 causa enim graviores, & consequenter Rotaes sunt illae,  
 in quibus agitur de jurisdictionibus, juribus patronatus  
 &c. Et generaliter quoties earum valor circa montes  
 ascendit ad scuta auri quingenta, ultra montes autem ad  
 scuta mille hujusmodi. Idem ibid. Item cause beneficiales,  
 in quibus agitur de titulo beneficii, & pensionum, quorum  
 redditus excedat summam 24. ducatorum de Came-  
 ra; vel si agatur de prima dignitate in cathedralibus, aut  
 collegiatis ecclesiis; idem ibid. Et cause matrimoniales,  
 tam super foedere matrimonii, quam super Divortio. Nec  
 non super nullitate professionis regularis; idem ibid. Cause  
 minus graves, adeoque praelaticae, censentur ille pen-  
 sionariae citramontanae, quae summam quingentorum  
 scutorum aureorum; ultramontanae vero quae mille scuto-  
 rum aureorum similitudinem aestimationem non attingunt.

Idem ibid. Item cause beneficiales, & pensionum eccle-  
 siasticarum, ubi valor annuus beneficii, aut pensionis  
 summam viginti quatuor ducatorum auri non excedat;  
 idem ibid. In causis censuum, si agatur de censibus redi-  
 mibilibus attendenda est quantitas, seu valor sortis, ut  
 dicantur rotales, necne; idem ibid. In causis servitutum,  
 tam realium, quam mixtarum, considerandus est praedit  
 valor; idem ibid. In causis canonum habenda erit ratio  
 fundi, super quo canon constitutus fuit; idem ibid.

Cause tam graves, quam minus graves, ad forum  
 Capitulum spectantes, numquam ab illius curia vocari  
 poterunt, nisi de partium consensu; idem ibid. Sed (a)  
 de consensu partium causa Rotalis Praelato, & Praelati-  
 tia Auditorio Rotae committi potest; idem ibid. Sicut  
 etiam causa ad Capitulum Curiam pertinet, tam Rotae,  
 quam alteri cuicumque Judicis committi valet (b); idem  
 ibid. Excepit causis matrimonialibus, & causis super  
 nullitate professionum regularium; idem ibid.

Cause matrimoniales ad Sac. Congr. Concil. omni-  
 no sunt deferendae (c); idem ibid. Cause autem super  
 nullitate professionis regularis intra quinquennium, sive  
 ex

(a) Scilicet ut de voto.  
 (b) Quoad vero sponsalia ad iudices ordinarios.

si in prima instantia fuerint jam judicate, prae-  
 notandum est, quod in causis de quibus supra agitur,  
 si in prima instantia fuerint jam judicate, prae-  
 notandum est, quod in causis de quibus supra agitur,  
 si in prima instantia fuerint jam judicate, prae-  
 notandum est, quod in causis de quibus supra agitur,

ex parte religiosi professi, sive ex parte religionis pro-  
 ponantur, in prima instantia cognoscendae sunt à supe-  
 riore regulari simul cum Ordinario Rotae; idem tom. 2.  
 constit. 47. incip. Si datam: Idem statuitur, si causa  
 intra quinquennium intentata, non prosequuta fuerit,  
 & post quinquennium reassumta; idem ibid. Eadem in  
 casu discrepante inter Ordinarium, & superiorem lo-  
 calem devolvuntur ad sacram Sedem; idem ibid.

Cause nullitatis professionis monialium, si fuerint  
 Ordinario tantum subjectae, ab eo judicari debent, idem  
 ibid. Secus si regularibus subjectae sint; tunc enim judi-  
 candae sunt ab Ordinario loci simul, & à superiore regu-  
 lari, cui concreditum est universum monasterii regim-  
 en, non autem ab eorum Confessario; idem ibid.

Cause nullitatis professionis ex capite non expleti  
 Novitatus in cenobio ad institutionem Novitorum desig-  
 nato, etiam intra quinquennium, privative spectant ad  
 Congregationem Concilii, etiam in prima instantia; idem  
 ibid. Cause super nullitate professionis post primam instan-  
 tiam, deferuntur ad quos de jure appellatio interponitur  
 qui tamen procedere debent una cum altero superi-  
 ori regulari; idem ibid.

Cause nullitatis etiam intra quinquennium promo-  
 va, si devolvantur ad sacram Sedem, judicari debent,  
 vel ab Auditorio Rotae, vel à Congregatione Concilii,  
 vel à Congregatione Episcop. & Regular. sine interven-  
 tu superioris regularis; idem ibid.

Cause nullitatis professionis in gradu restitutionis  
 integram adversus lapsum quinquennii à sacra Sede  
 tantum cognosci possunt, idem ibid. Sive ex parte Reli-  
 gionis, sive ex parte Professi introducantur, & impedi-  
 mentum ad reclamandum duraverit quinquennio,  
 idem ibid. Cause in gradu restitutionis in integrum  
 quandoque ex Apostolicae Sedis dispensatione Ordina-  
 rii, & aliis superioribus committuntur, idem ibid.

(Circa praecedentium assertionum intelligentiam, vide  
 per tot. verb. Appellatio, verb. Confraternitas, verb.  
 Circa: verb. Decline, verb. Denuntiationes matrimo-  
 nii, verb. Forum: verb. Laicus, verb. In prima instan-  
 tia: verb. Matrimonium, verb. Brevi: atque verb. Supe-  
 riores, verb. Bene quidem:)

CENSURA.

ARTICULUS UNICUS.

Quoad ea, quae concernunt censuras in genere.

SUMMARYUM.

- 1. Censura in genere etymologia, ecclesiasticae vero  
 natura, & definitio, ad n. 3.
- 2. Censura ecclesiasticae quatuorplex, ad n. 4.
- 3. Cum aliis panis Canonice non confundenda, ad n. 7.
- 4. Cuiam competat potestas censuras ferendi, & in  
 quos ferri nequeat, ad n. 15.
- 5. Cuiusmodi requiratur culpa ad validitatem censurae,  
 ad n. 25.
- 6. An etiam ob peccatum alterius possit infligi censura,  
 ad n. 28.
- 7. Quot & quae causa potissimum excusent à censuris  
 incurrendis, ad n. 31.
- 8. Quam habeat vim appellatio post latam sententiam,  
 ad n. 33.
- 9. Utrum innocens excommunicatus sit pro tali habenda  
 in foro externo, & quomodo in secreto se gere-  
 re debeat, ad n. 34.
- 10. Agitur de absoluteione à quibuslibet censuris, ad  
 num. 42.
- 11. Substantur supplementa Auctoris, ad num. 50.
- 12. Et additioes ex aliena manu, ad n. 63.

CENSURA, quae venit in censendo, apud veteres Roma-  
 nos significabat tum officium Censoris, tum sententiam  
 ejusdem Censoris mores corrigentis, aut poenam infligen-  
 tis; unde occasione hujus posterioris acceptionis factum

est, quod censura significet correctionem quamdam, &  
 punitionem, juxta illud Juvenalis Satyra 1. de Junone  
 canentis: *Dur. veniam corvis, vexat censura columbar.*  
 Nos autem nomine censurae intelligimus hic solam eccle-  
 siasticam, quae est correctio, & poena quaedam spiri-  
 tualis, ac medicinalis privans usu aliquorum bonorum spi-  
 ritualium per ecclesiasticam potestatem infligenda christi-  
 ano delinquenti, ut à contumacia recedat. Ita in Jure com-  
 muni. Dicitur correctio, & poena quaedam spiritualis, ad  
 differentiam poenarum corporaliū, seu temporalium,  
 v. gr. poenae pecuniariae, exilii, carceris, & hujusmo-  
 di; siquem censura non versatur principatim circa si-  
 miles poenas corporales, vel temporales. Dicitur medi-  
 cinalis, quia censura ecclesiastica non est poena vindic-  
 tiva delicti jam patrati, sed potius poena medicinalis  
 intendens futuram correctionem christiani delinquentis,  
 id est, inobedientis potestati ecclesiasticae sub censura  
 aliquid praecipienti, vel prohibenti; arg. cap. Cum medi-  
 cinalis 1. de sentent. excommunicat. in 6. ibi: *Cum medi-  
 cinalis sit excommunicatio, non mortalis, disciplinans,  
 non eradicans, dum tamen is, in quem facta fuerit,  
 non contemnat.* Dicitur privans usu aliquorum bonorum  
 spiritualium, non autem omnium, quia inter bona spiri-  
 tualia quaedam sunt propria, & permanentia, quibus ne-  
 mo invitus spoliari potest, ut gratia habitualis, virtutes  
 infusae, earumque bonae operationes; quaedam vero sunt  
 communia, quibus christianus in poenam privari potest  
 quoad usum activum, & passivum, ut est ministratio,  
 & receptio sacramentorum, participatio publicorum suf-  
 fragiorum ecclesiae, & hujusmodi. Dicitur per ecclesiasti-  
 cam potestatem infligenda, quia potestas mere secularis  
 spiritualia tractare nequit, cap. Judicatum 5. distict. 89.  
 cap. Decernimus 2. de Judio. cum concordant. Potestas  
 ferendi censuram soli potestati ecclesiasticae competit,  
 & quidem Jure divino juxta illud Mathae 16. *Quaecum-  
 que alligaveritis super terram &c.* & 18. *Si ecclesiam non  
 audierit, sit tibi sicut ethiopicus, & publicanus;* hoc est,  
 à fidelium communione segregatus, ut explicant omnes.  
 Dicitur christiano delinquenti, quia judex, pagani, sa-  
 raceni, & alii infideles, ex quo ecclesiae potestati non  
 subsint, nulli censurae subiciuntur, juxta illud Aposto-  
 li 1. ad Corinth. 5. *Quid mihi de vris, qui foris sunt  
 judicant?* Dicitur ultimo, ut à contumacia recedat, quia  
 finis Judicis censuram ferentis debet esse, ut fideles à  
 contumacia, & rebelli inobedientia reducat ad promptam,  
 & obsequiosam ecclesiae obedientiam; arg. cap. Cum  
 medicinalis 1. de sentent. excommun. in 6. ibi: *Causa pro-  
 videat Judex ecclesiasticus, ut in ea ferenda ostendat se  
 prosequi, quod corrigentis fuerit & medentis.*

Censurae ecclesiasticae proprie dicuntur tantum tres,  
 videlicet excommunicatio, suspensio, & interdictum;  
 Ubicumque enim in Jure fit mentio censurae ecclesiasti-  
 cae, solummodo istae tres species numerantur, ut patet ex  
 cap. Cum medicinalis 1. cap. Statutum 1. cap. Is cui 20.  
 de sentent. excommun. in 6. & praecipue ex cap. Quarenti  
 20. de verb. signif. ibi: *Quarenti quid per censu-  
 ram ecclesiae debeat intelligi, cum hujusmodi clausu-  
 ram in nostris literis apponimus. Respondemus, quod  
 per eam non solum interdictum, sed suspensio, & ex-  
 communicationis sententia valeat interdicti, nisi Judex  
 discretus (rerum, & personarum circumstantiis indaga-  
 tis) ferat quam magis viderit expedire.* Irregularitas  
 autem non est proprie censura, seu poena, sed inhabilitas  
 quaedam ad ministerium altaris, seu impedimentum  
 quoddam accipiendi, vel exercendi ordinem. Sic deposito  
 & degradatio non sunt censurae, sed poenae quaedam  
 contra incorrigibiles à Jure canonico statuae. Item ces-  
 satio à divinis non est censura ecclesiastica, quia non  
 est prohibitio divinorum officiorum, sed desistentia, &  
 omisio. Navar. in manual. prelator. cap. 27. n. 1. & seq.  
 & n. 188. Pirhing. in Jus canon. lib. 3. tit. 39. num. 3.  
 & 4. & communissima aliorum. Potestas ferendi censu-  
 ras competit praecipue in primis Summo Pontifici, &  
 Episcopis; cap. Perniciosam 1. cap. Conquerente 16.  
 de offic. Ordinarii. Concil. Trid. sess. 6. cap. 3. & sess. 14.  
 cap. 4. de reformat. Legatis Sedis Apostolicae in terri-  
 torio suae Legationis, cap. Novit. 7. de offic. Legati, &  
 cap.

cap. Legatos 2. de officio Legati in 6. Cardinalibus in ecclesiis sui tituli, & aliis suo titulo annexis, textu expresso in cap. His que 11. de majorit. & obediunt. ibi: "Correctionem ipsius Cardinalis recipientes humiliter, & excommunicationis, interdictionis, vel suspensionis sententias, quas tulit in eos, & in ecclesiis eorumdem, ininviolabiliter observant." Capitulis cathedralibus Sede vacante; arg. cap. unic. de majorit. & obediunt. in 6. Vicario Generali Episcopi, & Vicario capituli Sede vacante; cap. Venerabilibus 7. de sentent. excomm. in 6. Prælati, & Præpositi ecclesiarum collegiatarum, & aliis habentibus Jurisdictionem in foro ecclesiæ externo; arg. cap. Querenti 2. de V. S. & cap. Cum medicinalis 1. de sent. excomm. in 6. Abbatibus, & reliquis superioribus regularibus non solum generalibus, & provincialibus, sed etiam per se loquendo localibus, scilicet prioribus, guardianis, rectoribus, correctoribus, & hujusmodi respectu suorum subditorum; cap. Cum in ecclesiis 10. de majorit. & obediunt. cap. Ea que 3. de statu Monachorum. cap. Sicut tuis 33. de simonia, & ibi Gloss. verb. Anathematizati & ceterum Concilii generalibus, & provincialibus in sua provincia, aut natione, sicut & capitulis, seu congregationibus generalibus in religionibus, & provincialibus in suis respectu provinciis. Suarez de censur. disp. 2. sect. 2. Palao tract. 29. disp. 1. sect. 4. a. num. 2. Navar. manual. cap. 27. n. 5. & alii.

Superiores regulares reservare sibi possunt sequentes casus: 1. Apostasia à religione habita dimissa, aut relicta. 2. Beneficia, incantationes, & sacrilegia. 3. Nocturna, & furiosa e conventu egressio. 4. Proprietatis contra votum paupertatis, que sit peccatum mortale. 5. Juramentum factum in judicio legitimum. 6. Procuratio, auxilium, seu concilium ad abortum faciendum pact animatum factum, etiam non secuto effectu. 7. Falsificatio manuum, aut sigilli conventus. 8. Furtum de rebus monasterii. 9. Lapsus carnis voluntarius opere consummatus. 10. Occisio, seu vulneratio, seu gravis percussio cujuscunque personæ. 11. Malitiosum impedimentum, vel retardatio, aut aperitio litterarum à superioribus ad inferiores, vel ab inferioribus ad superiores. Præter hos prælati regulares nequeunt alios sibi reservare casus. Venio nunc ad censuras.

Falsum est, etiam superiores locales posse in subditos censuras ferre. Immo neque superiores possunt absque consensu capituli generalis, vel provincialis. Nam Clemens VIII. die 26. Maji 1592. dum restrinxit facultatem superiorum regularium ad undecim supra recensitos casus, quos reservare sibi valeant, præcipit, quod si aliquod aliud grave peccatum reservandum sit, id aliter non fiat, quam generalis capituli in toto ordine, aut provincialis in provincia, matura discussione, & consensu. Cujus decreti vigore nequeunt dicti superiores alicui gravi peccato in eo non expresso censuram annexere, quam sibi reservent; & declarat. Congreg. Episcop. & Reg. 7. Julii 1617.

Asserit hic Rever. Theologus, falsum esse, posse superiores locales in subditos censuras ferre. Et tamen sunt satis clari, & expressi sacri canones à me ibi citati, & signanter; Can. Quam in ecclesiis 10. de majorit. & obediunt. in cuius summario sic expresse habetur: Canonici regulares inobedientes Priori suo, per ipsum excommunicantur possunt; Et hic Prior, ut patet ex textu Canonis, erat solummodo superior localis. Et id expresse statuunt nostræ leges Minoritice in compilat. statutor. Sambuce cap. 8. §. 6. num. 28. ibi: "Cum omnes religionis nostræ Superiores sint vere prælati, videlicet Minister, & Commissarius generalis, Provinciales Ministri, & qui ab eis delegantur, Custodes etiam, & Guardiani quoque; propterea declaramus omnes supradictos juxta Juris communis dispositionem, sententiam excommunicationis in suos subditos fulminare posse, & oppositum asserentes, ut errantes, & perturbatores graviter puniamur superiorum arbitrio." Quid ad hæc Theologus noster? Potest ne esse clericus, & expressa nostra constitutio, quam tenebant ipse scire, ut potest & ipse ipsi subjectus. Est ne falsa, ut ipse præcedit, mea assertio, aut non potius falsissima sua injusta censura? Pon-

deret illa verba: Et oppositum asserentes, ut errantes, & perturbatores graviter puniamur superiorum arbitrio. Hinc inferat Prædictor, quid sentiendum de Theologo, qui immerito censurat, & impugnat propriam suam legem, & judicat, an merito ei conveniat illud can. 1. 5. Filius matris meæ pugnavit contra me, adde, & contra legem meam: Ultra quam quod meam conclusionem sustinet passim tum Canonistæ, tum Moralistæ, & signanter Fagnanus in cap. Quanto, de speciali Ordinarii num. 2. expresse dicens, Abbas; & Prior conventus potest Monachos excommunicare, ut est expressum in cap. Cum in ecclesiis, de major. & obediunt. & in cap. Sicut, lib. 1. de simonia. Monacell. formular. legal. practio. part. 3. in prælat. num. 47. Reiffenstuel. lib. 5. decret. tit. 39. §. 1. num. 7. Schmalzgrueber. eod. tit. 39. num. 13. Pithing. eod. tit. num. 24. Leurenus eod. tit. 39. quest. 57. num. 1. Ludovicus de Amæno tit. 1. pract. §. 2. num. 14. Passerin. Tribun. Regum. q. 2. num. 10. & de election. canonice. cap. 25. quest. 34. num. 436. & Gaudent de Janua, de visitat. tom. 2. capit. 5. sect. 1. num. 29. Sanctioris verb. Excommunicatio, num. 2. Augustinus de Gabriel in Theolog. moral. n. 11. tract. 16. quest. 7. §. 1. Dico secundo: Felix Potestas tom. 2. part. 5. de censur. cap. 1. n. 4329. Clarissimus Daniel Concina Theolog. christiano. tom. 10. lib. 3. de censuris cap. 2. ubi ad questionem: quinam habeat potestatem ferendi iure ordinario censuras, num. 5. respondet: Prælati regulares, ut generales, provinciales, Rectores, Præpositi, Abbates, Priores, Guardiani, si ve ex privilegio, si ve ex natura rei, hanc reipso potestatem habent, majorem, vel minorem, juxta consuetudinem que religionis legit, & consuetudinem. Et hic certe non est probabilista, sicut nec est eruditissimus Paul. Gabriel Auvaine, qui in tract. de censur. quest. 7. expresse dicit: Potestatem ferendi censuras... à Papa habent superiores ordinum, saltem generales, & provinciales, et etiam superiores locales secundum cujusque constitutiones, non item parochi. Kazemberger. in Supplement. Theolog. Patr. Spreng. cap. 3. de censur. §. 4. num. 2. Vide etiam Gaudentium Kerckove in nostra Statuta generalia cap. 7. §. 8. n. 7. Et sic etiam plurimi alii breviter satis gratia missi. Aliud autem est facultas sibi reservandus, & aliud facultas ferendi censuras; hæc ut dictum est, competit etiam superioribus localibus, illa vero solummodo generalibus, & provincialibus, & quidem limitate ad solos illos undecim assignatos in decreto Clementis VIII. vel ad aliquos ex illis, ultra quos neque alium quantumvis grave peccatum possunt sibi reservare sine matura discussione, & consensu capituli generalis, & respective provincialis ex eodem decreto; quod apostolice decretum videntur illudere, qui, quia non possunt casus sibi reservare, reservant sibi excommunicationem, quam certis peccatis annexunt, ut declarat Sac. Cong. Episcop. & Reg. die 7. Julii 1617. Quod decretum jam ego retuli in verb. Prælati regularis n. 55. Vide ibi, & verb. Reservatio casuum: ubi multa ad rem. †

Censura, primo: Ferri non potest, nisi in delinquentes christianos; quia judæi, pagani, saraceni, & alii infideles cum ecclesiæ potestati non subsint, nulli censuræ subjiciuntur, juxta illud Apostoli 1. ad Corinth. 5. Quid mihi de iis, qui foris sunt judicare? Hæretici tamen, quia per Baptismum facti sunt subiecti potestati ecclesiæ, possunt censurari, si legem, vel præceptum superioris sui ecclesiastici, v. gr. Papæ sub censura impositum transgrediantur; arg. cap. De Judæis §. dist. 45. cap. Majores, & de Baptismo; v. gr. & est communis. Secundo: Ferri non potest, nisi in rationis capaces, quia infantes, furiosi, amentes, hoc ipso quod defectu rationis, vere culpæ, & contumacia capaces non sint, neque etiam existunt capaces censuræ, ut sentiunt omnes communiter. Tertio: Non potest ferri, nisi in subiectos Jurisdictioni ferentis ipsam censuram, quia cum par in patrem non habeat imperium; cap. Innotuit 20. de election. §. Quamvis. (Vide liter. A., pagin. 211. column. 1. in princip.) nec inferior in superiore, cap. Cum inferior. 16. de major. & obediunt. clarum est, requiri subditum ferentis censuram. Est communis. Quarto: Communi-

tas, aut collegium potest quidem ligari suspensione, & interdictione; e. Quia saepe 49. de elect. in 6. & cap. Respons. 43. de sentent. excomm. minime tamen ligari potest excommunicatione; cap. Romana 5. de sentent. excommunicat. in 6. ubi Pontifex provide statuit censuram excommunicationis ferendam esse in singulos tantum de communitate, vel collegio, quos culpabiles esse copostulerit, ibi: "Volens animarum periculum vitare, quod exinde sequi posset, cum nonnumquam contingeret innocios hujusmodi sententia irretiri." Quinto: Ex speciali Jure non ligantur Episcopi sententia generalis suspensionis, aut interdictionis, nisi de ipsis specialis mentio fiat; cap. Quia periculosum 5. de sentent. excomm. in 6. Sexto: Sic etiam Cardinales, nisi specialis, & expressa de ipsis mentio fiat; arg. dist. cap. Periculosum, & Doctores passim. Vide Cardinales art. 4. n. 1. Septimo: Imperatores, & Reges ob suæ dignitatis excellentiam censuræ aliqua ab Episcopis ligari non posse, docent passim Doctores cum Silvestro, verb. Censura, num. 10. Palao tr. 29. disp. 1. punct. 6. n. 3. Hodie enim fere omnes Reges muniti sunt specialiter tali apostolico privilegio. Ad validitatem censuræ requiritur culpa gravis, & in suo genere completa, cum contumacia, seu inobedientia delinquentis; excommunicatio enim major, vel alia censura ecclesiastica gravis non potest infligi pro qualibet culpa etiam levi, quia pena, ut sit justa, debet commensurari culpæ, excommunicatio autem major, v. gr. est gravissima pena; cap. Corripiantur 17. caus. 24. q. 3. ibi: Quia pena in ecclesia nulla major est, & adeoque gravem etiam culpam requirit. Dicitur tamen notanter: Excommunicatio major, vel alia censura ecclesiastica gravissima excommunicatio minor potest imponi non solum ob peccatum mortale, sed etiam ob veniale, v. gr. ob communicationem cum excommunicato in colloquio, mensa, alisque commerciis humanis, in quibus non reperitur notabilis irreverentia Dei, vel læsio, aut scandalum proximi. Et sic etiam nihil prohibet quia propter levem, si ve venialem culpam, quandoque imponatur suspensio levis, v. gr. suspensio ab uno actu electionis, aut missa celebranda per unum, aut alterum diem, ut notat Pithing. lib. 5. tit. 39. num. 207. Layman. lib. 1. tract. 5. part. 3. num. 2. & alii. Et notanter fuit positum, quod culpa in suo genere sit completa, quia leges penales sunt strictè interpretandæ, cap. Odia 15. de regul. Juris in 6. ibi: Odia restringi, & favores convenit ampliare. Simulque eorum verba accipienda cum effectu; arg. cap. Hæc autem, verb. 17. dist. 1. de Penit. ibi: Hæc autem verba (quod statuerit, qui Jurisdictioni præest) cum effectu accipiuntur &c. Unde qui tentavit percutere Clericum, sed erravit, aut impeditus fuit, non incurrit excommunicationem latam in percussoribus Clericorum, & sic dicendum de similibus. Dicitur etiam notanter cum contumacia, seu inobedientia delinquentis, quia ad incurrendam censuram requiritur ulterius, ut culpa illa gravis habeat annexam inobedientiam, & contumaciam delinquentis, per quam res ecclesiæ monentis, & præcipit auctoritate spernere censetur; ut cum communi docet Navar. cap. 27. manual. num. 9. Sanning. dist. 1. de censur. quest. 3. num. 12. Abbas, & alii. Et hoc colligitur ex Matthæi 18. ubi dicitur: Si ecclesiam non audierit (id est, si ei obediens non fuerit) sit tibi sicut ethnicus & publicanus, id est: Tamquam excommunicatus, & exclusus ex gremio ecclesiæ. Advertendum tamen hic est, quod ad incurrendam censuram non requiritur semper contumacia, aut contemptus formalis, sed sufficit inobedientia generalis, & contemptus interpretativus, in hoc consistens, quod quis sciens quiddam ab ecclesia esse prohibitum sub censura, nihilominus illud facere velit. Ad validitatem censuræ ferendæ ab homine requiritur etiam trina monitio, nisi urgens necessitas aliud suadeat, quod nempe in aliquo urgenti casu una solum admonitio peremptoria pro tribus sufficiat; cap. Reprehensibilis 26. de appell. cap. Sacro 48. de sentent. excomm. cap. Romana 5. cap. Constitutionem 9. & cap. Statutum 13. de sentent. excommunicat. in 6. Et talis monitio debet fieri in scriptis cum expressione causæ, & nominis tam ejus, qui fert, quam ejus contra quem fer-

tur censura maxime excommunicationis, ut vult Palao, tract. 29. disput. 1. punct. 5. num. 9. & alii passim; & coram testibus tradi, vel legi ipsi personæ excommunicandæ; cap. Sacro 48. de sentent. excommunicat. ibi: Personis presentibus idoneis, per quas si necesse fuerit possit probari monitio. Nisi forsitan talis malitiose se absconderet, & fugeret, tunc enim sufficit, si monitio, seu comminatio prævia scripta ad ejus damnum, vel ad valvas ecclesiæ, vel in alio publico loco assignatur; e. Quoniam, §. Porro, ut lite non contestata, & Clement. caus. 3. de elect. Suarez de censur. disput. 3. sect. 1. 1. & alii. Dicitur autem notanter maxime excommunicationis, quia censuræ suspensionis, & interdictionis aliquando non ut meræ censuræ, sed ut poenæ vindictivæ imponuntur, & imponi possunt, nulla comminatione præmissa; arg. cap. Cum in cunctis 7. §. final. de elect. cap. Sacro 48. de sentent. excomm. & cap. Cum medicinalis 1. de sentent. excomm. in 6. Ad validitatem censuræ tamen late sententiæ à Jure statute non requiritur monitio, quia ipsum Jus præcedens, seu lex, & commune præceptum est continuata monitio, adeoque alia monitione opus non est; arg. cap. Reprehensibilis 26. de appellat. cap. Conquesti 22. verb. Nuntietis, de sentent. excomm.

Censura interdictionis potest infligi etiam ob peccatum alterius; propter peccatum enim Regis potest interdici totum regnum; arg. cap. Non est vobis 11. de sponsalibus: Et pro peccato Episcopi terra ipsi subiecta; cap. Sane 11. de officio Delegati. Et propter delictum Domini, vel Rectoris civitatis; cap. Si sententia 16. de sentent. excomm. in 6. Et monasterium ob peccatum Prælati contumacia, cap. Cum dilectus 8. de religiosis domibus, ac notat Fagnan. cap. Responso 43. de sentent. excomm. num. 42. Non potest tamen propter peccatum alterius infligi censura excommunicationis majoris, quia excommunicatio major non est infligenda, nisi propter peccatum mortale; peccatum vero cum consistat in actu, non est communitatis, sed proprium singularium personarum; adeoque non est excommunicanda tota communitas propter peccatum unius personæ singularis, ut expresse statuitur in cap. Romana 5. de sentent. excomm. in 6. "In universitatem, vel collegium proferri excommunicationis sententiam penitus prohibemus, volentes animarum periculum evitare, quod exinde sequi posset, cum nonnumquam contingeret innocios hujusmodi sententia irretiri; sed in illos dumtaxat de collegio, vel universitate, quos culpabiles esse constiterit, promulgetur." Et quod unus non sit excommunicandus propter peccatum alterius, v. gr. filius pro delicto patris, dicit expresse Augustinus relatus in cap. Si habes 2. caus. 24. quest. 3. Neque enim propter peccatum alterius potest infligi censura suspensionis proprie, & strictè acceptæ; sic Navar. in manual. cap. 27. num. 165. Layman. lib. 1. tract. 5. part. 3. cap. 3. num. 1. Suarez, & alii passim. Et ratio est, quia suspensio est proprie dicta poena, quippe directe culpam adimens usum ecclesiæ potestatis; atqui poena talis non incurritur sine culpa propria; arg. cap. Quæsit 2. de his, quæ sunt à major. part. cap. ubi expresse dicitur: Peccata suos auctores tenere debent; & adeoque &c. (Vide verb. Capella, num. 20. verb. Immunitas, num. 125.)

Ab incurrendis censuris tres præcipue causæ excusant. Prima est: Ignorantia invincibilis Juris, aut facti, cui sit annexa censura. Quod ignorantia invincibilis Juris, seu ipsius censuræ, dummodo non sit crassa, aut supina, excuset ab incurrenda censura, habetur expresse in cap. Ut animarum 2. de constit. num. 6. ibi: (Vide verb. Ignorantia.) "Ut animarum periculis obviatur, sententia per statuta quoruncunque Ordinariorum prolati, ligari nolumus ignorantes, dum tamen eorum ignorantia crassa non fuerit, aut supina." Et quod excuset ab incurrenda censura ignorantia facti, quia quis ignorat factum suum esse tale, quod sit prohibitum sub censura, habetur in cap. Si vero 3. de sentent. excomm. ubi statuitur, quod non incurrat excommunicatio ab eo, qui occidit Clericum, quem inconvincibiliter ignorabat esse talem, & putabat esse laicum, ibi: "Si retro aliquis in Clericum nutrientem comam, manus inje-

»erit violentas, propter hoc non debet apostolico prae-  
 »sentari conspectui, nec etiam excommunicatione innoda-  
 »ri, dummodo ipsum esse Clericum ignoraverit. Et  
 quantum ad hoc excusat etiam inadvertentia, quia aequi-  
 »valet ignorantia. Secunda est: Impotentia, sive physica,  
 sive moralis; unde ratione impotentiae physicae, qui non  
 habet quod restituat, excusatur a censura lata contra de-  
 »tinentem rem alienam. Et ratione impotentiae moralis, ex-  
 »cusatur qui ob metum gravem, v. gr. mortis, mutilatio-  
 »nis, infamiae, gravis iacturae bonorum, & similium cogitur  
 »omittere, aut facere aliquid, quod sub censura praescri-  
 »bitur, vel respective prohibetur. Et ratio est, quia non obligat  
 »censura regulariter loquendo cum periculo vi-  
 »tae, membrorum, vel alterius gravis damni iuxta  
 »communem sententiam; arg. c. 4. de regul. Juris, ibi:  
 »Quod non est licitum in lege, necessitas facit licitum. (Vide  
 »in add. ex aliena manu, verb. Foemina.) Tertia est appel-  
 »lacio legitime interposita ad superiorem post commina-  
 »tionem censurae ab inferiore factam, antequam incurra-  
 »tur. Et ratio est, quia appellacio facta in tempore suspen-  
 »dit usum jurisdictionis in iudice, ut habetur expresse in  
 »cap. Romana 2. & cap. Si a iudice 10. de appell. in 6. Et  
 »idem omnino facit recusatio iudicis, antequam sententiam  
 »omnino executionis, vel alterius censurae ferat; textus  
 »claro in c. Quoties Episcopi 16. caus. 2. q. 6. ibi: «Quo-  
 »ties Episcopi se a suis Comprovincialibus, vel à Metro-  
 »politano putaverint praegravari, aut eos suspectos ha-  
 »buerunt, mox Romanam appellent Sedem, atque eis li-  
 »bere ire liceat, & dum praedictam romanam ecclesiam  
 »appellaverint, aut ab ea se audiri poposcerint, nullus  
 »eorum excommunicare, aut eorum Sedes surripere, aut res  
 »eorum auferre, aut aliquam eis vim inferre praesumat.»  
 »Quo tamen non verificatur, quando appellacio fit post iam  
 »latam excommunicationem, vel alterius censurae senten-  
 »tiam, quia tunc appellacio facta solum post latam senten-  
 »tiam, non habet vim suspendendi, sed solum devolven-  
 »di; ut superior possit cognoscere de iustitia censurae; c.  
 »Ad reprimendum 8. de offic. iudic. Ordinar.  
 »Innocens censuratus, v. gr. excommunicatus secundum  
 »allegata, & approbata in foro externo pro tali ha-  
 »bere se debet; quamvis coram Deo ab ea immunis sit, &  
 »in secreto contra eam agere possit. Est communis sen-  
 »tentia Doctorum, & colligitur ex cap. Sententia 1. caus. 11.  
 »quasi. 3. ibi: Sententia pastoris, sive iusta, sive in-  
 »iusta fuerit, rimenda est; & concordat cap. Inquisitioni  
 »tum 44. de sentent. excom. ubi excommunicatus innocen-  
 »ter, ob sanctam observantiam legis divinae, ex iuxta ta-  
 »men praesumpta causa in foro externo, cogitur in eodem  
 »foro servare censuram. In publico enim se gerere debet  
 »ut censuratus, & à ministerio suo abstinere, ne debitam  
 »auctoritati ecclesiae reverentiam, & obedientiam infrin-  
 »gat, si lata in eum sententia publice fuerit promulgata:  
 »Ne, ut dicit Sanctus Gregorius Homil. 26. in Evangel.  
 »Ne etsi iniuste ligatus est, culpa, quae non erat, fiat. Et  
 »revera si talis secundum allegata, & approbata in iudicio  
 »censetur reus, & causa ad censuram censetur sufficiens,  
 »debet censura in foro externo, tam à Censurato, quam ab  
 »aliis servari, donec vel ab ea praesumptus reus fuerit ab-  
 »solutus, vel innocentia ipsius, atque error censurae publi-  
 »ce innoverit. Hoc enim necesse est ad publicam utilita-  
 »tem, & disciplinam, ipsamque iudicis ex officio secun-  
 »dum allegata, & approbata iudicantis auctoritatem tuen-  
 »dam, cui bono communi merito bonum privatum postposi-  
 »tum debet: Aliter aperiretur via malevolis qualibet cen-  
 »suris contemnendis, cum semper dicere possent, se coram  
 »Deo esse innocentes, quamvis in foro externo iuxta alle-  
 »gata, & probata essent damnati ut rei. In secreto tamen  
 »posset talis se gerere ut non Censuratus; cap. Cui est il-  
 »lata 46. caus. 11. q. 3. ibi: Cui est illata sententia... si  
 »iniusta est, tanto eam curare non debet, quanto apud  
 »Deum, & Ecclesiam eius neminem potest iniqua gravare  
 »sententia. Ita ergo ex se, non absolvi desideret, quia se  
 »nullatenus perspicit obligatum. Immo ut habetur in cap.  
 »Illud 87. caus. 11. quasi. 3. ex verbis Sancti Augustini,  
 »censura iniuste lata potius nocet Latori, quam ei, in  
 »quem est iniuste lata, ibi: Quod illud plane non temere di-  
 »xerim, si quisquam fidelium fuerit anathematizatus injus-

te, ei potius oberit, qui faciet, quam ei, qui hanc patien-  
 »turam injuriam. Spiritus enim Sanctus habitans in Sanctis,  
 »per quem quisque ligatur, aut solvitur, immeritam nulli  
 »panam ingerit.  
 »A censuris à Jure, si non sint reservatae, absolvere  
 »potest quilibet Confessarius pro foro interno conscientiae;  
 »pro foro tamen externo superior Censuratus, c. Nuper 29.  
 »verr. In secundo casu, de sentent. excommunicat. Si sint  
 »reservatae, possunt absolvi ab eo, cui sunt reservatae,  
 »aut ejus Delegato, vel à superiore ejus, cui sunt reser-  
 »vatae, vel à Confessariis ad id privilegiatis, uti sunt  
 »Confessarii Regulares, qui ab omnibus censuris à Jure  
 »latis, & Papae reservatis (exceptis tantummodo quibus-  
 »dam casibus intra Italiam, & extra urbem de mandato  
 »Clementis VIII. reservatis) absolvi possunt, ut constat  
 »ex privilegio Pauli III. constit. incip. Cum inter  
 »cunctas, edit. 3. Junii 1545, in quo communicant  
 »alii Regulares, & ex aliis privilegiis. Vide verb. Ab-  
 »solutio.  
 »Circa sex casus ex speciali mandato Clem. VIII.  
 »à Sacra Congregat. Episcop. & Reg. ann. 1602. 26. No-  
 »vembri reservatos, adest declaratio Clementis XI. die 13.  
 »Martii 1711. qua decernitur, nec seculares, nec Regu-  
 »lares privilegiatos in urbe absolvi posse ab istis ca-  
 »sibus, scilicet: Violationis clausurae monialium ad malum  
 »finem: violationis publicae immunitatis ecclesiasticae in  
 »terminis constituti. Gregor. XIV. vel etiam occultae, si  
 »fiat publica auctoritate, atque publice Presbyteri oc-  
 »cisi. In reliquis vero casibus intacta manent in ur-  
 »be privilegia Confessariorum, quae ante dictum decre-  
 »tum obtinebant.  
 »Sed meminisse debuerat accuratus Theologus, &  
 »adnotare, jam in verb. Absolvere, Absolutio, art. 1. nu-  
 »mer. 47. fuisse à me allatam ad litteram dictam declara-  
 »tionem Clementis XI. Vide ibi.  
 »A censuris ab homine latis per sententiam specialem  
 »potest absolvi solus ille, qui eas tulit, vel ejus Dele-  
 »gatus; cap. Pastoralis, §. 11. Praeterea, de offic. Ordin.  
 »cap. Querentis 26. de offic. Delegati. Vel ejus Suc-  
 »cessor; cap. Si Episcopus 11. quasi. 3. pro quo venit  
 »etiam capitulum Sede vacante; cap. unic. de majori, &  
 »obediens. in 6. Vel (si agnoscatur injustae) Superior  
 »Censurantis plenam jurisdictionem in illum habens, ut  
 »Papa respectu omnium, Generalis respectu superiorum  
 »totius Ordinis, Provincialis respectu Superiorum suae  
 »provinciae. Adeo ut neque Summus Penitentiarum Romae  
 »censuras illas in aliquem nominatim latas tollere consu-  
 »erit, ne jurisdictione Ordinariorum turbetur. Bened. XIV.  
 »institus. eccles. 55. §. 11. Non sic autem Archiepiscopus 37  
 »respectu suorum suffraganeorum, nisi ad eum appelle-  
 »tur; quia Archiepiscopus non habet jurisdictionem absol-  
 »vendi à censura, quam in proprium subditum tulit Epis-  
 »copus ejus Suffraganeus, nisi ad eum à sententia cen-  
 »surae appelletur, ut colligitur ex cap. Nullus primas 7.  
 »caus. 6. quasi. 3. & ex cap. Pastoralis 11. de offic. Or-  
 »dinarum. Nec etiam Legatus Sedis apostolicae, qui licet  
 »aliquo modo superior sit Episcopi, non tamen in ordine  
 »ad causas subditorum, nisi ad ipsum appellatum, ut de-  
 »ducitur ex Concil. Trident. sess. 24. cap. 12. de refor-  
 »mar. Barbosa ibi, & alii. Nemo tamen debet absolvi à  
 »gravibus censuris, sive pro foro interno, sive pro exte-  
 »rno, nisi prius serio promittat de parendo mandatis eccle-  
 »siae, vel absolutis, & de non committendo imposterum  
 »hujusmodi delicta, cap. Super eo 1. cap. Ex tenore 10.  
 »cap. Ad haec 12. & cap. Venerabili 52. de sentent. excom-  
 »municat. In articulo mortis potest quisque Confessarius,  
 »& in defectu Confessarii quilibet Sacerdos à quibusvis  
 »censuris absolvi, sub onere tamen, ut elapso periculo  
 »poenitens coram superiore compareat ad exequendum,  
 »quod ille praescripserit; cap. Eos 21. de sentent. excom-  
 »municat. in 6. Potest quis pluribus censuris ligari, & po-  
 »test absolvi ab una, & non ab aliis ad differentiam pec-  
 »catorum. Ita communis: censura excommunicationis li-  
 »gatus non potest à peccatis absolvi, nisi prius ab ipsa ab-  
 »solvatur, quia excommunicatus est incapax susceptionis  
 »Sacramenti. Ita etiam communis Doctorum. Forma abso-  
 »lutionis à censuris non habet praefixa verba, sed potest

dari verbis exprimentibus absolutionem talis specialis cen-  
 »surae, à qua fit absolutio, sed de istis, & aliis, vid. verb.  
 »Excommunicatio, verb. Suspendio, verb. Interdictum,  
 »ubi diffuse de singulis. Hoc unum advertas, quod etiam  
 »pro correcto, ejusque contumacia cessante, non cessant  
 »censurae, nisi per absolutionem tollantur, maxime lo-  
 »quendo de censuris absolute latis, ut clarè patet ex de-  
 »creto s. Alexandri VII. die 18. Martii 1666. inter alias  
 »propositiones sequentem ordine 44. condemnantis. Quoad  
 »forum conscientiae pro correcto, ejusque contumacia cessan-  
 »te, cessant censurae.  
 »Privilegium, ne quis inconsulta sancta Sede censa-  
 »ris irretiri possit, non afficit Ordinariorum sententias.  
 »Ideo nec probat ab eorum jurisdictione exemptionem.  
 »Benedict. XIV. tom. 2. constit. 40. incip. Causarum pa-  
 »latii apostolici.  
 »Censura potest irrogari nolentibus accedere ad syno-  
 »dum, si accedere teneantur, aut ea absoluta, pervenien-  
 »tibus, vel nondum completa, recedentibus. Idem de sy-  
 »nodo diocesana lib. 3. cap. 12. n. 1. non sunt ferendae cen-  
 »surae, nisi ad coercendam graviora crimina. Nec quidquam  
 »sub censura prohibendum, aut praecipendum, nisi mate-  
 »riae gravitas, ratione sui, aut circumstantiarum eas expo-  
 »sit. Idem ibid. num. 2. 3. & 4. Et gravius debet esse de-  
 »lictum, ob quod infligatur censura latae sententiae. Ac ad  
 »hanc incurramdam in foro externo, requiritur sententia  
 »declaratoria commissi, cui est censura jure ipso alligata.  
 »In foro autem interno nulla est necessaria iudicis declaratio,  
 »sed sufficit quod quis committat crimen, cui sciat ad-  
 »nexam esse censuram, cum sic suam contumaciam, aut  
 »ecclesiae contemptum satis aperte manifestet. Id. ib. n. 5.  
 »Parcissimi esse debent Episcopi in censuris latae sen-  
 »tentiae ferendis; cum enim extrema eis sit poena, extremo  
 »remedio gravibus criminibus puniendis, coercendisque  
 »reservanda est ex constanti Sacra. Congreg. sensu; ibid.  
 »lib. 7. cap. 45.  
 »Verumtamen prudenter ab Episcopis interdum sub  
 »poena excommunicationis latae sententiae vetantur quae-  
 »dam ex natura sua leviora, sed ob grave scandalum,  
 »quod inde consequeretur, si res vetita neglecta fuisset,  
 »res ipsa postulat, ut ita provideatur. Ita Pontifex defendit  
 »constitutionem suam, qua vetuit, ne dispensati in  
 »quadragesima à comestione carni, pisces degustent,  
 »ibid. 10. cap. 46. At generatim loquendo, contra im-  
 »moderatum censuram usum doctae, & sapienter more suo  
 »insurgit laud. Pontifex in cir. tract. lib. 10. cap. 2. adduc-  
 »ta primum auctoritate Navarii, qui manual. cap. 27. nu-  
 »mer. 49. declamatur contra exorbitantem censuram usum,  
 »additque, utilem, immo & necessariam fore, aliquam earum  
 »limitationem, saltem quoad forum conscientiae: allatis  
 »deinde multis exemplis indicat, & suadet Episcopis  
 »cautelam, & circumspectionem, quam adhibere debent  
 »in decernendis praedictis censuris.  
 »Probare nequit veteribus fuisse trestantum species  
 »In usu censurarum sobrie, circumspecteque procedendum esse, valde conforme ecclesiasticae disciplinae, ac  
 »felicitati monarchiae aestimatur (1); attamen, si in hac materia iudices laici motum querelle illas ferentibus praes-  
 »titerint, invenitur praeventum, quod ecclesiastici iudices illud ad medellam Supremo Castellae Senatu directo re-  
 »praesentent: quo peracto, medellae haud adhibita, ad regiam Personam notitia ad providendum conveniens im-  
 »mediate deferatur (2).  
 »(1) Collec. & Instru. vulgo de Propios y  
 »Arbitrios, num. 23. §. 5. Y previniéndose à los Intendentes y  
 »Justicias con esta fecha sobre el asunto lo conveniente  
 »circulamente, ha estimado el Consejo por preciso partici-  
 »párselo tambien à los Ordinarios eclesiásticos del reyno,  
 »à fin de que en esta inteligencia se eviten tales re-  
 »cursos y embarazos; encargándoles muy seriamente ha-  
 »gan observar à sus Provisores, Visitadores y Vica-  
 »rios la disposicion del Santo Concilio de Trento, à fin  
 »de que no fatiguen à los Magistrados reales con cen-  
 »suras, con tanto abuso en agravio de la sana disci-  
 »plina, y de la buena armonia y correspondencia que en  
 »ambos fueros recomiendan los cánones, y que conduce  
 »tanto à la recta administracion de justicia y felicidad  
 »de la Monarquia. Concordat. ann. 1737. art. 10. No  
 »FERRAN. BIBLIOTH. TOM. II.  
 »(2) Vide Reg. Sched. 19. Novembris 1771. §. 1. in  
 »verb. Multa.

de censuris loquuti li sunt, sique recentiores. Juxta igitur 52  
 »modernam disciplinam enumerantur tres species censura-  
 »rum, excommunicatio scilicet, suspensio & interdictum;  
 »degradatio vero, depositio, similesque poenae canonicae  
 »non dicuntur censurae; Morin. de sacramento Penitent. 53  
 »lib. 6. cap. 25. num. 12. & seq. Van-Espen. Jur. eccles.  
 »univers. part. 3. tit. 51. cap. 2. §. 1. & plur. seq.  
 »Censurae vel à jure, vel ab homine feruntur. Censura à 54  
 »jure sunt generales, durant post mortem etiam Legisla-  
 »toris, potestque quilibet Confessarius ab iis absolvi, ni-  
 »siosint reservatae. At censurae ab homine non sunt semper  
 »generales, nec durant post mortem superioris, nec ab iis  
 »regulariter absolvi potest nisi idem superior, vel succes-  
 »sor. Rouseaud de la Combe in sua Jurispr. can. verb. Cen- 56  
 »surae sect. 1. n. 1. Posse absolvi ab ipsis Vicarium capi- 57  
 »tularem, Sede vacante, tenet idem Auctor. l. c. sect. 7. n. 1.  
 »Censura tam à jure, quam ab homine solent esse, vel 58  
 »latae, vel ferendae sententiae. Ast quando dici debeant 59  
 »censura latae sententiae, & quando ferendae sententiae,  
 »tradunt Cabassut. lib. 5. cap. 10. num. 5. & seq. & ibi  
 »Gibert. Zoes. in decret. lib. 5. tit. 10. num. 24.  
 »Num Episcopus existens extra suam diocesim ferre 60  
 »censuras possit in subditos suos, vide apud Gibert. in Ca-  
 »bassut. lib. 5. cap. 10. num. 9.  
 »Mulieri an competere possit potestas ferendi censa- 61  
 »ras, addi Van-Espen. Jur. eccles. univers. part. 3. tit. 11.  
 »cap. 2. num. 11. & plur. sequent. ubi expendit text. in  
 »cap. 12. de major. & obediens.  
 »Quod attinet ad formam ferendi censuras, notat Hur- 62  
 »tad. de censur. in commun. difficult. 18. per tot. quod  
 »quando agitur de censura ipso facto incurrenda annexa  
 »aliqui praepcepto, sufficit quod ipsum praepceptum fuerit  
 »notificatum, ut ipsa per ejus violationem sine ulla moni-  
 »tione incurratur, quum ipsum praepceptum stet loco ipsius  
 »monitionis, & quidem continuè.  
 »Ceterum de ipsa forma, & conditionibus in prolatio- 63  
 »ne censurarum observandis, tum quae causae requirantur,  
 »qui item sint earum effectus, & quomodo solvi queant,  
 »dicemus, & quidem opportunius, dum de singulis cen-  
 »suris.  
 »(Si prooemium & leges, numerum adusque trigesi-  
 »mum octavum adimplentes, iii. 9. part. 1. insipientur,  
 »doctrinae non nihil, fere ab hic exposito, verb. Excom-  
 »municatio, verb. Interdictum, ac verb. Suspendio, haud  
 »discrepantis, reperies. In prima, quid sit excommunica-  
 »tio, & quotuplex, nam in majorem, & minorem dividit-  
 »ur, significatur: In secunda, casus sexdecim numeran-  
 »tur, propter quos quis in majorem incidit excommunica-  
 »tionem: In tertia, demonstratur, injicientem manus vio-  
 »lentas in Clericum seu Religiosum non solum excommuni-  
 »cari, sed à nullo alio praeterquam à Summo ecclesiae  
 »Praesule, esse absolvendum: sed exempla, in quibus ta-  
 »le facinus committens eandem non incurrit, quatuorde-  
 »cim

